

nem⁹. Item cap. 8, monet, Matthæum propterea in initio Evangelii scripsisse, Christi generatio sic erat, (non Iesu) qui est Immanuel, ne eum tantum hominem putaremus. Nam ex voluntate Dei verbum caro factum est, neque alium quidem Jesum suspicemur fuisse, sed unum & eundum sciremus Deum esse. Idem docent in tertio seculo Tertullianus contra Praxeam. Cap. 2. v 3, 4; Item cap. 13 de Christo.

Tertullian.

Clemens Alexan-

drinus lib. 1. Pædagogis sui cap. 2. Cyprianus lib. 2. contra Iudeos. Item, libro de vanitate idolatriæ. Eapropter damnati sunt hæretici, qui incarnationem filii Dei, & Deitatem Christi negarunt, ut Ebion & Cerinthus. Hic alium Jesum esse docuit, & alium Christum; ut Irenæus lib. 1. c. 15. testatur: Jesum quidem esse Josephi & Mariæ filium, sicut reliqui homines, sed post baptismum descendisse in eum Christum, in fine autem revolasse iterum Christum de Iesu, & Iesum passum esse. Christum autem impassibilem perseverasse. Pernicioſiſſima hæresis Cerinthi est, quam propterea & Johannes Evangelista jam tum suo tempore refutare voluit, tum in Evangelio, tum in Epistolis suis. Rectè enim testantur Historici Johannem Apostolum scripsisse contra Cerinthum. Quod ipsum patet.

Johannes Evan-

gelista & A-

póstolus scri-

psit contra

bæreticum

in Evangelio, tum in Epistolis suis. Rectè enim testantur Historici Johannem Apostolum scripsisse contra Cerinthum. Quod ipsum patet.

Cerinthus.

1. Ex fine Evangelii Johannis. cap. 20. v. 31.

Hæc scripta sunt, ut credatis, quod Iesus est Christus, ille filius DEI: Et ut credentes vitam habeatis per nomen ejus.

2. Ex genere doctrinæ, quod in Epistolis suis urget: 1. Joh. 2. v. 22. Quis est mendax, nisi sis qui negat Iesum esse Christum? 1. Joh. 4. v. 2, 3. Per hoc cognoscite Spiritum Dei: Omnis Spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carnem venisse ex Deo est. Et omnis Spiritus, qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo non est, Et hic est ille Spiritus Antichristi, de quo audistis, quod venturus sit, Et nunc jam in mundo est.

Denique 3. ex testimonio Irenæi, & sequentium Catholicæ Ecclesiæ doctorum.

*Natura
Christi.*

V. Duæ igitur in Christo sunt Naturæ, Divina & Humana, Deitas & humanitas, ob quas Christus & verus Deus est, & verus homo.

Nam gerumen Davidis est Jehovah, justitia nostra: Jér. 23. v. 5, 6. v. & cap. 33. 16. Filius hominis est filius Dei vivi. Matth. 16. v. 13, 16. Quem me di-